

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber quartus [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293518](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293518)

De sardinia copiose dicta videre poteris.

Ca. xix. de alpibus & incolis & accolis earum.

Et hec de libro tertio.



Iber quartus de alijs gentibus Europe portabus fluminibus & populis profequitur.

Ca. xii. De montibus & regionibus aquilonis.

Ad aquilonem Riphei montes pars mundi dānata a natura rerum. & densa mersa caligine. Pone eos montes vltraq; aquilonem gens felix (si credimus) quos hiperboreos appellant. Annofo degit euo. Fabulosis celebrata miraculis. Regio aprica. Felici temperie. omni aflatu noxio carens. Viritim gregatimq; discordia ignota. Et egritudo omnis mors; non nisi facie tate vite epulatis; delibutisq; sentibus luxu; ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulture beatissimum.

Ca. xvi. De britannia insula. & vbi candidum plumbum atq; electrum.

Hec inter septentrionem & occidentem iacet: germanie galie hispanie multo maximis europe partibus magno interuallo aduersa. Versus germanicum mare; Sparse & Gelasarie sunt: quas electridas greci appellauerunt; q; ibi electrum nasceretur. A britania introrsus sex dierum nauigatione ab esse insulam Mitherim in qua candidum plumbum proueniat. Ad eam britannos vitilibus nauigijs corio circūsutis nauigare.

Hec de libro quarto in quo videbis

si libeat: de Gallia germania. Lusitania.

Et insulis oceani Et earum situ prolixo.

Et in ca. vltimo: tocius europe longitudine & latitudinem inuenies.



Ibro quinto agitur de prouincijs fluminibus & populis africanis meridianis & adiacētibus. Et parte asie De Ethiopidis. Et de asia. Et insulis affrice & asie & cetera. vide ibi copiose tractata.

Capitulum primum.

Pleriq; fallacissimo experimento deprehenduntur: quia dignitate inuestigare vera pigeat: ignorantie pudore: mentiri non pigeat.

Haud alio fidei prouiore lapsu: q; vbi false rei grauis auctor existit.

Ca. v. De africanis. Et vbi carbūculus inuenitur.

Domos sale e montibus in affrica exciso construunt. Ab his ad trogloditas hiberni occasus plaga dierum quattuor iter. cum quibus commercium gemme tantum quam carbunculū vocamus ex

d

Cyberus in Ethiopia.